



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. De populis antiquis magnæ Græciæ, qui iam defecere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Q^{VARTA} denique est eorum qui totam Italiam Magnam Græciam dixerunt: inter eos recensetur Athenæus lib. 12. vbi Magna Græcia definitur πᾶσαι Χεδὸν ἡ Λατινίαν κατοικοῦσι: sic etiam Pompeius Festus, Maior Græcia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quod in eam multe magnæ civitates ex Græcia profectæ sunt: quibus posterioribus verbis causa redditur quare Magna Græcia nuncupata sit.

§. 2. *De populis antiquis Magnæ Græcia, qui iam defecere.*

TRES vulgo numerantur, *Pelagi*, *Chones*, & *Oenotrij*: de Pelagiis suprà diximus satis multa, de duobus postremis pauca commoremus.

NVM. 1. *De Chonibus, & Choniâ regione.*

CHONES genere Oenotrij fuerunt, ut disertè tradit Aristoteles 7. Polit. cap. 10. quod & facit Antiochus quidam apud Strabonem, à quo Chones gens Oenotrica dicuntur. Strabo tamen eos videtur ab Oenotris distinguere, & ait Chones extendi à Lacinio Promontorio *Capo delle Colonne*, Metapontum usque *Torre di Mare*.

NVM. 2. *De Oenotris.*

OENOTRVS Lycaonis filius unus ex 22. venit in Italiam ex Arcadiâ, cum Peucetio fratre, inquit Dionys. Halic. lib. 1. Peuce-tius ad Prom. Iapygum appulit, eamque regionem de suo nomine nuncupauit Peucetiam. Oenotrus autem videtur reliquum occupasse usque ad Fl. Silarum limitem Lucaniz, & Campaniaz. Certè eorum regio dicta est Pandosia, ut tradit Strabo, & Posidonia apud Dionys. Halicar. lib. 1. vrbis Oenotrorum vocatur. Arbitror igitur Oenotros ab Iapygibus diuisos fuisse per Fl. Brandanum, per Silarum autem ab Opicis qui Campani fuere, ab Aufonibus quoque sic diuisi sunt, quorum agros Samnites & Hirpi-ni obtinuerunt.